

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,  
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von  
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0238

0236

0242

0232

0247

erroribus eorum consentire, cum etiam Sarraceni Deum non laudent nisi cum perfidia et blasphemia Redemptoris et cum praeconio Machometi seductoris, a quibus se Christianus debet omnibus modis abstinere; ideo, ne videatur Machometi fautor esse, debet loca suae laudi deputata, etiamsi sint loca sancta, vitare, nec in eis Dei justo ritu laudes persolvere, cum in actionibus humanis loci circumstantia multum attendatur. Ideo Apostolus prohibuit 1. Cor. VIII., ne fideles recumerent in loco, ubi idolothyta manducabantur, ne frater hoc videns scandalizaretur, judicans ipsum in idoli venerationem hoc facere. Sic prohibetur fideli, ne procumbat ad orationem in loco, ubi idola coluntur, et si hoc facit, peccat mortaliter, quamvis sua intentio non sit adorare idolum. Ideo cum Helius Adrianus imperator in loco crucifixionis et resurrectionis Christi aedificasset Veneris templum et Jovis simulacrum, dereliquerunt Christiani locum illum sanctissimum propter profanum templum. Et si quis ingressus fuisset etiam ad locum sanctum venerandum, tamquam idololatra habitus fuisset. Sic etiam interdictae sunt Christianis ecclesiae schismaticorum et haereticorum, ne in eis orent propter scandalum, et multo magis templo idolorum, synagogae Judaeorum, moscheae Sarracenorum nullo modo sunt causa orationis visitandae. Sic enim gravissime contra fidem ille peccaret, qui in templo idolorum adoraret verum Deum. Sic et ille aequo graviter peccat, et magis, qui mameriam vel muscheam ingreditur Sarracenorum ad orationem faciendam, quia quamvis Sarraceni Mahometistae idololatiae non sint, peiores tamen sunt veris idololatris, ut patet P. II. fol. 98 A.  
**(262 A)** Et si Dominus fidelibus prohibuit Matth. VI. orare in angulis platearum, ne videantur et judicentur ab hominibus sancti et beati, multo magis prohibitum est stare in templo sarracenico et orare, ne videantur ab hominibus, et videantur mali et infideles. Ex his patet, quod Christianus non potest intrare in moscheam, ut adoret Christum, sine peccato.

Secundo, an ad praedicandum fidem moscheam liceat intrare? Et videtur, quod non sit licitum, quia sic intrans exponit se mortis periculis, quia secundum Alcoranum talis

0227

0287

0187

0337

0137

0737

Ende

Anfang

